


Handwritten text, possibly a title or number, in a cursive script, appearing faintly on the brown paper cover. The text is difficult to decipher but seems to include the word "Hand" and the number "43".



1155

CIMELIA

Rationes Decem:
QVIBVS FRE-
TVS, CERTAMEN OB-
 tulit in causa Fidei, Edmunda
 dus Campianus,

E Societate Nominis IESV pres-
byter: allegata.

Ad clarissimos viros, nostrates
 Academicos.

Ego dabo vobis es & sapientiam

aduersarij vestri, Luc: xxi.



eui non poterunt resistere

contradictore omnes

Pl. 63, Sagittae paruulorum factae
sunt plage eorum.

Domus Probationis Soc. 1941

S. Stephanus.

2. 8. 34

Cim. O. 1455

1811. 100.

LECTORI S.



LIBENTIVS ea
legi solent, quorū
auctores penitē nō
ignorantur. Qua-
re cūm exiguum
hunc libellum ede-
re curavissēmus hīs
maxime vtilem, qui aduersus hære-
ticos agūt, & de Christianis dogma-
tibus differunt: non omnino ab re
visum est, optime Lector, si auctore
illius aliqua ex parte tibi ad Dei glo-
riam cognoscendum quodammodo
proponeremus. Etenim Pater, qui
Anglis, ciuibuscq; suis, à vera fide ali-
enis ista conscripsit, quicq; duobus fer-
me ab hinc annis, vtī illos ad eandē
fidem reduceret Roma in Britanniam
à Patre Generali Societatis Iesu, cum
alijs socijs missus fuerat aliquando,
cūm rem sacram coram multis catho-
licis viris fecisset de more suo, con-
cionatusq; esset per summam perfidi-
am proditus est à quodā, qui se ca-
tholicum simulans mysterijs interfu-
erat. Multis igitur Reginae satelliti-
bus in eadem domo constrictus, tra-
ditus est in carcerem, ac male acce-
ptus. Nam (quemadmodum ad nos
perfertur) sæpius post diuturnam fa-

A ñ mem, vi

mem, violentissimasq; vigilias, quibus misere afflictus, ac penè enectus fuerat, ad disputationes contra impietate habendas producebatur: quibus diuina eum corroborante gratia semper strenuè profligatis effectū est, vt multi ab hæretica prauitate conuersi se orthodoxæ religioni adiunxerint. Sæpius etiam crudelissimo supplicij genere tortus est, atq; actūs in eculeum: quæ peculiaris fertur illius gentis machina ad distrahenda & miserandum in modum discernianda Christi fideiū corpora. Nunc verò tetra adhuc custodia includitur: & pro Iesu Christi religione multa incommoda fortiter sustinet. Quare in tuis ad Deum precationibus eum pro tua pietate commendabis quo in eadem mentis constantia, religionisq; ardore ad finem vsq; persistat. Tu verò paruum hunc libellum benigne accipies, & quia ad hæc nostra calamitosa tempora accommodatus admodum est, & à viro pietatis studiosissimo conscriptus charum, gratumq; habebis.

Iam iam hæc prælo subiicienda erant, & affertur nuncius ab immanissimis illis impietatis ad ministris fuisse Patrem teterrimo tormento, & cruciatibus interemptum, Martyrium igi-

um igitur is constantissime & glori-
osissime obiit: nec debemus esse am-
plius de eius incolumitate solliciti:
quin par est nos Deo gratias agere:
& Martyrem Christi precari, vt qui
pro effuso sanguine religionis causa,
in cœlo nunc sempiternam iucundi-
tatem capit, pro nobis adhuc consti-
tutis in terra Diuinæ bonitati suppli-
cet, vt eadem tandem aliquan-
do beatitudine æuo sem-
piterno fruamur.



A iij Edmundus

Edmundus Campianus,
Doctissimis Academicis, Oxonij
florentibus & Cantabrigia,
S. P. D.



NONO prætetito,
cùm ex instituto
vitæ meæ, iussus
in hanc Insulã re-
meassem, claris i/
mi viri, offendi sa-
nè fluctus haud
paulo seuiores in Anglicano littore,
quã quos in Oceano Britannico re/
cens à tergo reliqueram. Mox inter-
riorem in Angliam vbi penetrassem,
nihil vidi familiarius, quã inusta-
ta supplicia: nihil certius, quã in-
certa pericula. Collegi me vt potui,
memor causæ, memor temporum.
Ac ne priùs fortè corriperer, quã
auditus à quopiam fuisset, scripto,
protinus mandauì consilium meum,
qui venissem, quid quærerem, quod
bellum, & quibus indicere cogitarè.
Autographon apud me habuit, vt
mecum, si caperet, caperetur: Exem-
plum eius a quod amicũ deposui, quod
me quidem nesciente, pluribus com-
municatum est. Aduersarij publica/
tam schedulam atrociter acceperunt,
cũ cætera, tum illud inuidiosissime
criminan/

eriminantes, quòd vnus omnibus in
hoc religionis negotio certamen ob-
tuliffem, quanquam solus in acie non
eram futurus, si fide publica disputaf-
sem. Responderunt postulatis meis,
Hanmerus, & Charcus. Quid tan-
dem? Otiosè omnia. Nullum enim
responsum præter vnum honeste da-
bunt, quod nunquam dabunt, *Con-
ditiones amplectimur, Regina spõ-
det, aduola.* Interea clamant isti:
Sodalitium tuum, seditiones tuas, ar-
rogantiam tuam, proditorem, sine
dubio, proditorem. Ridiculè Ope-
ram & oleum & famam homines nõ
insipientissimi cur profundunt? Ve-
rum his duobus (quorum prior, ar-
nimi causa, meam chartam delegit in
quam incurreret: alter malitiosus to-
tam rem conuoluit) præbitus nuper
est libellus admodum luculentus, qui
quantum oportuit, tantum & de So-
cietate nostra, & de horum iniurijs,
& de Prouincia quam sustinemus, ex-
differit. Mihi supererat (quoniam,
vt video, tormenta non scholas pa-
rant antistites) rationem facti in ei vo-
bis vt probarem: capita rerum, quæ
mihi tantum fidentia pepererunt, qua
si digito fontes ostenderem: Vos et-
tiam hortarer, quorum interest præ-
ter cæte-

ter cæteros, incumbatis in hanc curã,
quam à vobis Christus, Ecclesia, Res-
publica, & vestra salus exigunt. Ego,
si fretus ingenio, literis, arte, lectio-
ne, memoria, peritissimum quenque
aduersarium prouocauì, fui vanissi-
mus & superbissimus, qui neq; me,
neq; illos inspexerim. Sin causam in-
tuitus, existimaui satis me valentem
esse, qui docerem hunc solem meridie
lucere, debetis mihi feruorem istum
concedere, quem honor IESV Chri-
sti Regis mei, & inuicta Veritas im-
perarunt. Scitis M. Tullium in Quin-
tiana, cum ei Roscius victoriam ad-
promitteret, si efficeret argumentis,
septingenta millia passuum non esse
decurra biduo, non modo nihil ve-
ritum articulos, & neruos Hortensii,
seç ne grandiores quidem Hortensio
Philippos, & Cottas, & Antonios, &
Crassos, quibus maximam dicendi
gloriam tribuebat, metuere potuisse.
Est enim quædam veritas tam illu-
stris & perspicua, vt eam nullæ ver-
borum rerumue præstigiæ possint
obruere. Porro liquidius est quod
nos agimus, quam illa fuit hypothe-
sis Rosciana. Nam si hoc præstitero,
cælos esse, diuos esse, fidẽ esse, Chri-
stum esse, causam obtinui. Hic ego
non sim animosus? Equidem occidi
possum,

possum, superari non possum. Iis enim Doctoribus infisto, quos ille Spiritus erudit, qui nec fallitur, nec vincitur. Quæso à vobis, ut salui esse velit, A quibus, hoc impetrato, reliqua minime dubitanter expecto.

Date modò vos huic sollicitudini, Christum obtestamini, industriã adiuugite, profecto sentietis id, quod res est, & aduersarios desperare, & nos tam solidè fundatos, quicquid magnoq; animo hanc araneam expectare oportere. Breuior hic sum, quòd reliquo sermone vos alloquor:

Valete.

RATIONVM
CAPITA.

1. SACRÆ Literæ.
2. Sacrarum Literarum sententia.
3. Natura Ecclesiæ.
4. CONCILIA.
5. PATRES.
6. Firmamentum Patrum.
7. HISTORIA.
8. PARADOXA.
9. SOPHISMATA.
10. Omne genus testium.

Rationes

M
R A T I O N E S O B L A
ti Certaminis reddite Aca
demieis Angliæ.

62 29

entia.
P R I M A R A T I O .



entia.
V M multa sunt, quæ aduersariorū diffidentia in causa loquuntur: tum nihil æquè, atq; sanctorū Maiestas Bibliorum fedissimè violata. Etenim, qui posteaquam reliquorum testium voces & suffragia contempserunt, eò sunt redacti nihil secius vt stare nequeant, nisi diuinis ipsis codicibus vim & manus intulerint: si se profectio declarant extrema fortuna configere, & rebus iam desperatis ac perditis experiri durissima velle atq; vltima. Manichæis quid causæ fuit, vt Euangelium Matthæi & Acta refrigerent Apostolica Desperatio. His enim voluminibus cruciabantur, & qui Christum negauerat progenitum de virgine, & qui Spiritum Christianis tum primo concilius illapsum sinxerant, quum ipsorum Paracletus Persa nequissimus erit

Sacræ Literæ.

Aug: lib: 28. cont. Faust: c. 2. & de vtil. cre. cap. 3.

Matth: 1. Actu: 2.

oncs
B ij pissit.

RATIONES REDDITÆ

Iren: li: 1.
cap: 26

Præf. in e-
pist: la: vi
de etiã li:
de capti:
Babil: &
Cen t. n 2,
magd:
pag: 58
Iaco: 2.
Blib: Gen

Tob: 12.
Ecclesi: 15
1. Mac: 12
1. Mac: 15

pisset. Quid Ebionij, vt omnes Pauli repudiarent epistolas: Desperatio. His enim suam dignitatem retinentibus, antiquatã circumcisio est, quã isti reuocauerant. Quid Lutherus, vt epistolã Iacobi contentiosam, tumidam, aridam, stramineam, flagitiosus apostata nominaret, & indignã spiritu censeret Apostolico? Desperatio. Hoc enim scripto confossus miser atq; disruptus est, cum in sola fide iustitiã constitueret. Quid Lutheri catulis, vt Tobiam, Ecclesiasticũ, Machabæos, & horum odio complures alios, eadem calumnia comprehensos, è sincero Canone repente dispuerent? Desperatio. His enim Oraculis disertissimè coarguuntur, quoties de Angelorũ patrociniis, quoties de arbitriũ libertate, quoties de fidelibus vita defunctis, quoties de diuorũ hominum intercessione disputant. Itãne verò? Tantum peruersitatis, tantũ audaciã? Cum Ecclesiam, Concilia, Cathedras, Patres, Martyres, Imperia, Populos, Leges, Academias, Historias, omnia vetustatis & sanctitatis vestigia conculcassent, scripto Dei verbo tantum cõtrouersias velle dirimere proclamassent, illud ipsum verbũ, quod solum resisterat, exsecris e toto

ACADEMICIS.

ctis è toto corpore tam multis, tam bonis, tam speciosis partibus, delumbasse? Septem enim ipsos de veteri Testamento codices, vt minuta dissimulè, Caluiniani præciderunt: Lutherani verò etiam Epistolā Iacobi, & huius inuidia, quinque alias, de quibus aliquando fuerat & alicubi controuersum. His quoque libellū Hesteris, & tria penè capita Danielis annuerant nouissimi Geneuenses, quæ quidem Anabaptistæ istorum condiscipuli iam pridem damnauerāt atque deriserāt. Quantò modestius Augustinus, qui sacrosanctū catalogū per texens, non sibi, neque Alphabetum Hebraicum, vt Iudæi, neque priuatum Spiritū, vt Sectarij, pro regula posuit: sed illum Spiritum, quo totū corpus Ecclesiæ Christus animat: quæ quidem Ecclesia custos huius depositi, non magistra, quod hæretici cauiantur, thesaurū hunc vniuersum quem Tridentina Synodus est amplexa, vetustissimis olim Concilijs publicitus vendicauit. Idem Augustinus de vna Scripturarum particula speciatim differens, inducere in animum non potest, librum Sapientiæ, qui iam tum, Ecclesiæ calculo, temporum serie, priscorum testimonio,

ii sunt:
Baruch.
Tobias.
Iudith.
Sapientia
Ecclesiast.
duo Machab.

Ex nouo test: Epist:
Iac epist:
ad hebr.
epi. Iudæ.
ep. 2 Petr.
ep. 2. &
3. Ioan.

Ita cæsen
Lut. in p̄f
Magdc̄r.
1. li. 2. c. 4.
Kem: in e
xam: cōr.
Tri: Sef: 4
De Doct:
Chri. li 2.
cap: 8.
Sef: 4.

RATIONES REDDITÆ

Vide Mel ch. Can. li 2. de Io ; Theol. ca. 9. 10. 11. De præd. Sâc. c. 14.

instinctione fidelium, vt firmus & Canonicus robur obtinuerat, cuiusquã temeritate vel susurro, extrudi extra canonem oportere. Quid ille nunc diceret, si viueret in terris, & Lutheros Caluinoscq; concerneret opifices Bibliorum, qui sua lima politula & elegantula vetus nouumq; Testamentum raserint, neq; sapientiam tantum, sed & alia permulta de Cannonicorum librorum ordine segregauerint: vt quidquid ex horum officina non prodierit, illud ab omnibus, phrenetico decreto, tanquam incultum & horridum conspuatur? Ad hoc tam durum & execrabile perfugium qui descenderint, n̄ certè, licet in ore suorum asseclarum volitent, Sacerdotia nundinentur, declamitent in Concione, ferrum in Catholicos, equuleum, crucemq; consciscant, tamen victi, abiecti, squalidi, prostrati sunt: quandoquidem arrepta virgula censoria, velut arbitri sedentes honorati, diuinas ipsas tabulas, si quæ ad stomachum non fecissent, obliterant. Ecquis est, vel mediocriter institutus, qui talium cuniculos hostium reformidet? qui hostes, quamprimum in corona vestra, eruditorum hominum, ad eiusmodi veteratorias artes, tanquam ad

ACADEMICIS.

quam ad familiarem dæmonem cup-
rerent, non aurium conuitio sed stre-
pitu pedum exciperentur. Quærerẽ
ab illis, verbi gratia, quo iure corpus
Biblicum detruncant atq; diripiant.
Respondent, non se veras scripturas
excindere, sed excernere supposititi-
as. quo iudice? Spiritu sancto. Hoc
enim responsum à Caluino præscri-
bitur, vt Ecclesiæ iudicium, quo spi-
ritus examinantur, subterfugiat.

Cur igitur alias alij lancinatis, cum
omnes eodem spiritu gloriemini?
Caluinianorum spiritus recipit sex e-
pistolas, quæ spiritui non placent Lu-
therano: freti tamen vterq; Spiritu
sancto. Anabaptistæ, historiam Iobi
famulam appellant, tragicis & comi-
cis legibus intermixtam. Qui sciunt
spiritu docente. Castalio, mysticum
illud Salomonis Canticum, quod, vt
paradisum animæ, vt manna recon-
ditum, vt opiparas in Christo deli-
cias catholici admirantur, nihilo plu-
ris, quàm cantilenam de amacula, &
cum peditequis aulæ colloquium a-
marorium, veneris fuscifer, æstima-
uit. Vnde hausit e à Spiritu. In Apo-
calypsi Ioannis, cuius omnes apices
excelsum aliquid & magnum for-
nare confirmat Hieronymus, tamen
Lutherus

Instit: lib: 1. cap: 7.

Xist: Sen: libr. 7.

Præfa: in Can.

Epist: ad Pauli.

RATIONES REDDITÆ

Pref: in A
pocal.

Prefa. in
no : testa.

Ser: d Pha
ris, & Pub

In Luc: 22
cap.
Poterion.
Ekchyno
menon.

Lutherus & Brentius & Kemnissius
quiddam, nescio quid, difficiles Ari-
starchi desiderant, ediscilicet propen-
dentes ut exauctoretur, quem percõ-
tati Spiritum. Quatuor Evangelia
feruore præpostero Lutherus inter se
cõmittit, & prioribus tribus episto-
las Pauli longè præferens, vnicũ de-
inceps Evangelium Ioannis, puls-
crum, verum, præcipuum decernit
esse nominandum, quippe qui, quod
in ipso fuit, libenter etiam Apostolos
suarum rixarum oscios adscripsisset.
quo doctore Spiritu. Quin etiã iste
fratereulus non dubitauit Euangeliũ
Lucæ petulanti stylo perstringere,
quod in eo crebrius bona nobis vir-
tutum opera commendentur, quem
interrogauit Spiritum. Theodo-
rus Beza verbum illud arcanũ ex Lu-
cæ 22. cap: *Hic est calix, nouum te-
stamentum in sanguine meo, qui ca-
lix pro vobis fundetur: ausus est ve-
corruptum viciatũq; traducere, quod
hæc oratio nullam expositionem. ni-
si de vino calicis conuerso in verum
Christi sanguinem patiatur. quis in-
dicauit Spiritum. Deniq; cum om-
nia credant suo quisq; spiritui, nomẽ
sancti Spiritus horribili blasphemia
imentione*

A C A D E M I C I S.

mentiuntur. Qui sic agunt, nonne
 se produnt? nonne facile refutantur?
 nonne in confessu talium virorum,
 quales estis Academici, tenentur, ac
 minimo negotio constringuntur?
 Cum his ego timeam pro fide catho-
 lica disputare, qui pessima fide, vo-
 ces non humanas, sed æthereas tra-
 ctare? Nihil hic dico, quæ verten-
 do peruerterint, quamuis intollera-
 bilia sint, quæ accutem. Gregorio
 Martino scientissimo linguarum col-
 legæ meo, qui doctius & plenius hoc
 præstabit, nihil præripio, nec alijs,
 quibus id laboris esse præ manibus
 intellexi. Facinorosius crimen est æ-
 tetrius, quod nunc persequor: Inuen-
 tos esse doctorculos, qui temulento
 quodam impetu in cœleste chirogra-
 phum inuolarint: id ipsa pluribus
 locis, vt maculatum, vt mancum, vt
 falsum, vt surreptitium condemna-
 rint: eius partes aliquas correxerint,
 aliquas corroserint, aliquas euulserint
 Huic omne propugnaculū quod mu-
 niebatur, in Lutheranos spiritus, tan-
 quam in valla phantasmātū pictosque
 parietes cōmutarint: ne prorsus ob-
 inutescerent, quum in scripturas er-
 roribus suis infestas impingerēt, quas
 nihilo commodius expedire, quam
C
sorberet

RATIONES REDDITÆ
forbere fauillas aut laxa mandere po-
tuissent.

Hæc ergò mihi prima ratio vehe-
mens & iusta fuit, quæ vbi partes ad-
uersarias vmbaticas & fractas ostendit
differet, animum sanè addidit Christi-
ano, & viro, & in his studijs exerci-
tato, pro sempiterni Regis diploma-
te aduersus reliquias profligatorum
hostium decertandi.

II. SECUNDA RATIO.

Sacrarum
Literarū
Sententiā

Alterum est, quod me quidem
ad congressum incitarit, & ho-
rum apud me copias eleua-
rit, aduersarij perpetuum in scriptu-
ris exponendis ingenium, plenum
fraudis inanæ prudentiæ. Statim hæc
Philosophi tangeretis. Itaq; vos au-
ditores expectij.

Suscitemur ab aduersarijs, exempli
gratia, quidnam secuti non tam sectā
intriuerint, qua Christus excluditur
è cœna mystica. Si nominant Euan-
gelium, accurrimus. A nobis verba
Matth 26. sunt: *Hoc est corpus meum*, *Hic*
Marc: 24. *est sanguis meus* Qui sermo, v' sus
Lucæ 22. est ipsi Luthero tam potens, vt cum
etiā discuperet fieri Zuinglian⁹, quòd
ea re plurimum incommodare Pon-
tifici po-

ACADEMICIS.

ifici potuisset: captus tamen & vin-
 ctus aperitissimo contextu cæderet,
 neq; minus inuitus Christum verè præ-
 sentem in Sacramento sanctissimo fa-
 reretur, quàm olim dæmones victi
 miraculis Christum Dei filium voci-
 ferati sunt. Agedum, pagella scripta
 superiores sumus, de sententia scripti
 contenditur. Hanc peruestigemus ex
 verbis adiacentibus. *Corpus meum*
quod pro vobis datur. Sanguis me-
us, qui pro multis effundetur.

Adhuc durissimæ partes Caluini sūt,
 nostræ faciles & explicatæ. Quid am-
 pius? Conferte scripturas, inquit,
 Maximè. Conspirāt Euangeliā, Pau-
 lus adstipulatur. Voces, clausulæ, to-
 ta connexio, panem viuum, insigne
 miraculum, cœlestē pabulum, carnē,
 corpus, sanguinem, reuerenter inge-
 minant. Nihil ænigmaticum, nihil
 offusum caligine loquendi. Tamen
 perstant aduersarij, neq; vllum finē
 faciunt altercandi. quid agimus? O-
 pinor, audiatur antiquitas, & quod
 nos alteris alteri suspecti non possu-
 mus, illud, omnium seculorum ve-
 neranda canicies, Christo propior, ab
 hac lite remotior, decidat arbitrio.

Non serunt, prodi se aiunt, Dei ver-
 bum pu-

Luth: in e-
 pi: ad Ar-
 gent.

Matth: 8.

Marc: 1.

Luc: 22.

Matth: 20

Ioan: 6.

Meth: 16

Marc. 14.

Lucæ 22.

1. Cor. 10

& 11.

RATIONES REDDITÆ
bum purum putum inclamant, ho-
minum commentarios auersantur,
Insidiosè, ineptè. Deï verbum purge-
mus: obscurant: Diuos testamur in-
terpretes: obsistunt. In summa, sic
instituunt, nisi reorum iudicio stete-
ris, nullum iudicium fore. Atq; ita se-
gerunt in omni quam exercemus cõ-
trouersia. De infusa gratia, de inhæ-
rente iustitia, de Ecclesia cõspicua, de
necessitate baptismatis, de Sacramen-
tis & Sacrificio, de piorũ meritis, de
spe & timore, de peccatis imparibus,
de auctoritate Petri, de clauibus, de
votis, de consilijs Euangelicis, de cæ-
teris, scripturas neq; paucas & pon-
derosas catholici passim in libris, in
colloquijs, in templis, in schola cita-
uimus atq; discussimus: eluserunt.
veterum scholia Græcorum & Latī-
norum admouimus: abnuerunt
Quid tum deniq; Doctor Martinus
Lutherus, aut verò Philippus, aut
certè Zuinglius, aut sine dubio Cal-
uinus & Beza fideliter enarrarunt.
Egone quenquam vestrum existimã
tam esse mucosis naribus, qui hoc ar-
tificium monitus non perlentiscat?
Quare fateor me scholas Academicas
cupide requirere, vt inspectantibus
vobis, calamistratos istos milites in
solem &

ACADEMICIS.

solem & puluerem è suis umbraculis
euocatos, non meis viribus, qui cū
nostris centesima parte, non sum cō
ferendus, sed valentissima causa, &
certissima causa debilem,

TERTIA RATIO.

A Vdito Ecclesie nomine, hostis
expalluit. Sed tamen excogi-
tauit quidam, quod à vobis
animaduerti volo, vt falsi ruinam &
inopiam cognoscatis. Senferat in scri-
pturis tum Prophetis, tum Aposto-
licis, vbiq; honorificam Ecclesie fi-
eri mentionem: vocari ciuitatem san-
ctam, fructiferam vineam, montem
excelsum, directam viam, columbā
unicam, regnum celi, sponsam &
corpus Christi, firmamentum veri,
multitudinem illam, cui Spiritus pro-
missus instillet omnia salutaria: illā,
in quā vniuersam, nullae sint vnquā
faces Diaboli morsum lethiferum im-
pacturæ: illā, cui quicumq; repugnet,
quantumuis ore Christum prædicat,
non magis Christo, quàm publicanus
aut ethnicus, potestatur. Non esse
ausus contrauenire sonitu, videri no-
luit Ecclesie quam toties Scripturæ cō-
memorant, refragari, nomen callide
retinuit, rem ipsam funditus defini-

III.

Natura
Ecclesie.

Apoc. 2.
Psalm: 7.
Isa. 2. & 35
Cant: 6.
Math: 13.
Ephes: 5.
1. Cor. 12
2. Tim: 3.
Ioan: 14.
Matth: 16
Math: 18.

RATIONES REDDITÆ

endo, sustulit. His enim proprietatibus delineavit Ecclesiam, quæ penitus ipsam occulat, & dimotam à se sibus, tanquam Ideam Platoniciã, secretis obtutibus hominum perpauco- rum subiiciant, eorum tantummodo qui singulariter afflati, corpus hoc aerium intelligentia comprehendere- rent: & huiusce Sodalitatis participes subtili quodam oculo lustrarent. Vbi candor? vbi simplicitas? Quæ scripturæ, quæ senta, qui Patres, hoc penicillio depingunt Ecclesiam? Sunt Christi ad Asiaticas ecclesias, sunt Petri, Pauli, Ioannis, aliorum, ad diuer- sas epistolæ: frequentes in actis Apo- stolicis, inchoantur & propagantur Ecclesiæ. Quid istæ? num soli Deo & sanctis hominibus, an Chæristianis etiam cuiuscunq; generis manifestæ? Sed profecto, durum telum necessitas est. Ignoscite. Nam qui seculis omni- no quindecim, nō oppidum, nō vil- lam, non domum reperiunt imbutã doctrina sua, donec infelix mona- chus incesto connubio votã Deo vir- ginem funestasset, aut Heluetus gla- diator in patriam coniurasset, aut sti- gmaticus perfuga Gencuam occupas- set: li coguntur Ecclesiam, si qua m- volent, in latebris venditare, & eos- parentes

Cal! Inst.
lib. 4. c. 1.
nu. 2. & 3.

Apoc 1.
2. 3.
Act: 3. 10.
11. & seq.

Lutherus.

Zuinglus
Calvinus

ACADEMICIS.

pârentes afferere, quos nec ipsi nouerint, neq; mortalium quisquam aspexerit. Nisi forte gaudent maioribus illis, quos hæreticos fuisse liquet, vt Aerio, Iouiniano, Vigilantio, Heluidio, Iconomachis, Berengario, Vvaldensibus, Lolhardo, VViclefo, Husfio, à quibus pestifera quædam fragmenta dogmatū emendicarunt.

Nolite mirari si famulos istos nō perituri, quos, modò ad meridianā lucem venero, minimè fuerit laboriosum dispellere. Hæc est enim nostra fermocinatio. Dic mihi, subscribis Ecclesiæ quæ seculis antea actis viguit? omnino obeamus ergò terras & tempora: cui? cæui fidelium, quorum nomina nesciuntur, sed constat plurimos extitisse, constat: quibus constat: Deo, quis dicit: nos, qui diuinitus edocti sumus, fabulæ. qui credat: si arderes fide, tam scires hoc, quàm te viuere.

Spectatum admissi risum teneat s?

Iuberi Christianos omnes adiungere se Ecclesiæ, cauere ne spirituali gladio trucidentur, in domo Dei pacem colere, huic animas credere columini veritatis, isthic quærelas omnes æponere, hinc eictos habere pro ethnicis, nescire tamen tot centenis, tot

Henric:
Pantal: in
chronod.

RATIONES REDDITÆ
 tenis, tot homines, vbinam illa sit,
 quæ huc pertineant? Vn̄ illud cre-
 pare in tenebris, vbi, vbi sit Ecclesia,
 tantummodo sanctos & in æthera de-
 stinatos eâ contineri? Ex quò fit, vt
 si quis imperium sui Præsulis detre-
 ctare uellit, scelere soluatur, dummo-
 do sibi persuadeat præbyterum in-
 criminem incidisse, & ab Ecclesia protin-
 us excidisse. Cum scirem aduersarios
 talia comminisci, quòd nullius æ-
 tatis, Ecclesiæ consueuissent, & orba-
 tos tota re, velle tamen inter angusti-
 as vocabulum possidere, solabar me
 vestro acumine, atq; aded̄ mihi polli-
 cebar fore, vt quamprimum huius-
 modi technas ex ipsorum confessio-
 ne cerneretis, statim homines inge-
 nui & cordati stultas argutias in ves-
 stram intextas perniciẽ discinderetis,

IIII.
 Concilia.

QVARTA RATIO.

Grauis, Ecclesia nascente, quæ-
 stio de legitimis cõrimonijs,
 quæ credentium animos dis-
 turbauit, coactio Apostolorum & se-
 niorum concilio, soluta est. Credi-
 dere parentibus filij, Pastoribus oues,
 Actu 15. in hæc uerba mandantibus: *Placuit
 Spiritui Sancto & nobis. Sequuta
 sunt ad exo*

ACADEMICIS.

sunt ad extirpandam hæresim, quæ
 varia quibusq; seculis pullulauit, œ-
 cumenica veterum concilia quatuor,
 tantæ firmitudinis, vt ihs, ante annos
 mille, singularis honos tanquam di-
 gnis vocibus haberetur. Non abi-
 bo longiùs. Etiam domi nostræ, co-
 mitiùs regni, eadem concilia, pristinũ
 ius, inuiolatamq; dignitatem obtinet.
 Hæc citabo, teq; ipsam, Anglia, dul-
 cissima Patria, contestabor. Si quem-
 admodum præ te fers, quatuor ista
 concilia reuerebere, summum hono-
 rem primæ sedis Episcopo, id est, Pe-
 tro deferes: Incruentum corporis &
 sanguinis Christi sacrificium in altari
 recognosces: Beatos Martyres, diuos
 que omnes cœlites, vt pro te Christo
 supplicent, obsecrabis: Mulierosos a-
 postatas ab infando concubitu & in
 testu publico coerceris: multa facis
 es quæ demoliris, multa quæ facis, in
 secta vales. Porro Synodos aliorum
 temporum, nominatim verò Tridē-
 tinam, eiusdem auctoritatis & fidei
 cū primis illis fuisse, quando vsus ve-
 nerit, demonstraturum me spondeo
 atq; recipio. Auctus igitur concilio-
 rum omniũ valido & exquisito præ-
 sidio, cur non ingrediar in hanc par-
 lestram animo tranquillo & præsen-

Greg: lib.
 1. epist. 24

An. 1.
 Elisab.

Nic. can. 9
 chalc. a. 5.
 4. & 6.
 Cōstanti-
 no ca. 5.
 Edh. conc
 in epist. ad
 Nestoriũ.
 Nic. can.
 14. Chal.
 Aciu: 11.
 Nic. conc.
 apud Soc.
 li: 1: c. 8.
 Vide chal.
 can. 4. 19
 23.

D ti, obserua

RATIONES REDDITÆ

ti, obseruaturus aduersarium quò se
 proripiat. Nam & euidentissima pro
 ducam quæ distorquere non poterit,
 & probatissima quæ respuere nõ au
 debit. Fortasse verbosius obloquen
 do diem extrahere conabitur: sed ab
 intentis hominibus, si vos ego bene
 noui, nec aures nec oculos cõpilabit.
 Quòd si quis erit omnino tã demens,
 qui se vnũ opponat senatoribus or
 bis terræ, & h̄s quidem omni exce
 ptione maioribus, sanctioribus, do
 ctioribus, vetustioribus, libenter aspi
 ciam illud os, quod vbi vobis ostē
 dero, reliqua cogitationibus vestris
 relinquam. Interim hoc monebo.

Qui pleno concilio ritè atq; ordine
 consummato momentũ & pondus
 abrogat, videri mihi nullo consilio,
 nullo cerebro, neq; solũ in theolo
 gis tardum, sed etiã in politicis incõ
 sultum. Si vnquam Dei Spiritus il
 luxit Ecclesiæ, certè illud est tempus
 immitendi Numinis, quum omnium
 Ecclesiarum quæ sunt in terris patē
 tissimæ, religio, maturitas, scientia,
 sapientia, dignitas, vnã in vrbem
 cõfluxerint, adhibitisq; modis omni
 bus, diuinis & humanis quibus inda
 gari veritas possit, promissum implo
 rent Spiritum, quo salutariter & pru
 denter

Math: 28.

Ioan: 14.

ACADEMICIS.

denter fanciant. Profiliat nunc al-
 quis factionis hæreticæ magistellus,
 attollat supercilia, suspendat nasum,
 frontem perfricet, iudicesq; suos scur-
 riliter ipse iudicet. quos ille ludos,
 quos cocos dabit? Repertus est Lu-
 thetus qui diceret, anteferre se Con-
 cilijs, duorum suffragia honorum &
 eruditorum hominum (putato te
 suum & Phillippi) si quando in Chri-
 sti nomine consensissent. O circulos,
 Repertus est Kemnisius, qui conciliū
 Tridentinum ad suos vertiginis im-
 portunæ calculos exegerit quid lu-
 cratus? infamiam. Dum iste, ni car-
 uerit, sepelietur cum Arrio, Triden-
 tina Synodus quo magis inuetera-
 scet, eò magis in dies eòq; perennius
 efflorescet. Bone Deus, quæ gentium
 varietas, qui delectus episcoporū to-
 rius orbis, qui Regum & Rerumpu-
 blicarum splendor, quæ medulla the-
 ologorum, quæ sanctitas, quæ lacry-
 mæ, quæ ieiunia, qui flores Academi-
 ci, quæ linguæ, quanta subtilitas, quā-
 tus labor, quàm infinita lectio, quan-
 tæ virtutum & studiorū diuitiæ, au-
 gustū illud sacrarium impleuerunt?
 Audiui ego Pontifices exulantes, &
 in hi: Antonium Archiepiscopū Pra-
 gensem, à quo sum creatus Præsby-
 ter, amplis

Li. de cap-
 pt: Babil,

Marti: Kē
 nis: exam.
 Conc: Tri-
 dentini.

RATIONES REDDITÆ
ter, amplissimos & prudentissimos
viros, quod in ea schola hæssissent
aliquod annis: vt nullum Ferdinan-
di Cæsaris, cui multum debuerant, re-
galius & vberius in se beneficium co-
lerent, quam hoc fuit, quod in Tris-
dentino Gymnasio legati ex Panno-
nia consediissent. Intellexit hoc Cæ-
sar, qui reuersis ita gratulatus est: *A-*
luisimus vos in Schola optima.

Huc inuitati fide publica cur non
properarunt aduersarij, vt eos pal-
refellerent, in quos ranunculi coaxar,
è cauernulis? Hussio & Hierony mo
fregere fidem, inquit, qui? Con-
stantiensis Concilij proceres falsum est
nullam enim dedere. Sed nec in Hus-
sium tamè animaduersum fuisset, ni-
si homo perfidiosus & pestilens, re-
tractus ex fuga quam ei Sigismundus
Imperator periculo capitis interdixe-
rat, violatis etiã conditionibus quas
scripto pepigerat cum Cæsare, vim
omnem illius diplomatis eneraasset.
Fefellit Hussium præcipitata malitia.
Iustus enim, cum barbaras in sua Bo-
emia tragædias excitasset, semetipsum
sistere Constantiæ, despexit præro-
gatiuam Concilij, securitatem petijt
à Cæsare. Cæsar obsequauit, Christi-
anus orbis resignauit, maior Cæsare,
redire

Io: Husfi.

ACADEMICIS.

redire ad mentem hæresiarcha noluit, periit. Hieronymus verò Pragen-
 sis furtim venit Constantiam, protectus à nemine, deprehensus comparuit, peroravit, habitus est perbenigne, liber abijt quò voluit, sanatus est, hæresim eiuravit, relapsus est, exustus est. Quid toties vnum exemplum de sexcētis exagitant? Repetāt annales suos. Martinus ipse Lutherus odium Dei & hominū, Augustæ positus coram Cardinale Caietano, nonne quod potuit, eructavit, & Maximi-
 miani literis commonitus excessit? Idem accitus Wormatiā, cum & Cæsarem & plerosq; Imperij Principes haberet infensos, nonne Cæsaris verbo tutus fuit? Postremo Lutherano-
 rum & Zuinglianorum capita, præfente Carolo quinto, hæreticorū hostie victore, domino, nonne datis iudicijs confessiones suas toties innovatas exhibuere comitijs Augustanis, & sospites abiere? Haud secus literæ Tridentinæ locupletissimas aduersario cautiones prouiderant: vti noluit. Nimirum se iactat in angulis, in quibus vbi tria verba Græca sonuerit, sapere videatur: abhorret à luce, quæ literatorum in numero poneret, & ad honesta subsellia deuocaret.

Hieronymus Pragen.

An: 1518.

An. 2521.

Augustæ confessio.

Vide acta Cōc. Trid.

RATIONES REDDITÆ

ret. Catholicis anglis tale chirographum impunitatis impetrent, si diligunt salutem animarum. Nos Hussium non causabimur. in curiam, verò Principis innixi, conuolabimus.

Sed ut vnde sum egressus eodem rediatur, Concilia generalia mea sunt, primum, vltimum, media. his pugnabo. Hastam expectet aduersarius amentatam, quam euellere nunquam poterit, prosternatur in eo Satanas, Christus viuat.

V.

QVINTA RATIO.

Patres.

Actu: 15.
1. Cor: 12
Ephes: 4.
1. Cor: 14
Math: 13.
& 23.

Antiochiæ, qua primum in urbe, Christianorum nobile cognomentum increbuit, doctores, id est, eminentes theologi, & Prophetæ, id est, concionatores perquam celebres floruerunt. Huiusce generis scribas & sapientes, doctos in regno Dei, noua promentes & vetera, Christum callentes & Moysen, Dominus ipse futuro gregi prospexerat. Hos ingentis benefici loco donatos explodere, quanti malefici est: explosit aduersarius. quid ita? quia stantibus illis concidisset. Id ego cum pro certissimo comperissem, pugnam simpliciter exoptavi, non illam iocularem

ACADEMICIS.

larem qua turbæ uelitantur in com-
pitis: sed istam feueram & acrem qua
congregamur in uestris Philosopho-
ram spacij s,

Pede pes, densusq; viro vir.

Ad Patres si quando licebit acce-
dere, confectum est prælium tã sunt
nostri, quàm Gregorius ipse decima-
tertius, filiorum Ecclesiæ Pater aman-
tissimus. Nam ut omitram loca spar-
sa, quæ ex monumentis veterum cõ-
quisita, nostram fidem appositè affir-
matèq; propugnant, tenemus horum
intègra volumina, quæ de industria
religionem quam tuemur euangelicã
distinctè copiosèq; dilucidat. Duplex
Hierarchia Martyris Dionysii, quas
classes, quæ sacra, quos ritus edocet?
Pupugit ea res Lutherum tam valde
ut huius opera *simillima somnijs, nec
non perniciosissima* iudicaret. Imita-
tus parentem causæus, nescio quis
terræ filius ex Gallia, non est veritus
hunc Dionysium inclitæ gentis Apo-
stolum, vocitare *delirum senem*.

Centuriatores vehementer offendit
Ignatius, offendit & Caluinum, ut in
eius epistolis *deformes neuos & pu-
ridas nenias*, hominum quilquilæ,
notarint, Censoribus illis *sanaticum*
quiddã

S. Diony:

Areop. de
quo vide
Adon.

Treu: in
martyrol.
Adon.

Turon.

Syng.

Suid, Me-
tap: Cõs-
ment 1. in
13. 17.

Deut.

Itẽ in cap.
Babil: Di
al. 5. & 11

Cent: 2 ca.
10. instito.
li. 1. c. 13.

nu: 29.

Cent: 2.

RATIONES REDDITÆ

cap: 5.
Vide cēt. 1
li. 2. c. 10.
& sequ.

Yt de pre
scrip: con
tr: hæc.
Orat: de
cōf secul.
Iuel: &c.

Causi.
dial. 8. &
11.
Centu: 3
cap: 4.

quiddā Irenæus edidit: Clemēs autē
etor stromarum, Zizania fecesque
protulit: reliqui Patres huius æui, sa
nè Apostolici viri, blasphemias &
monstra posteris reliquerūt. In Ter
tulliano rapiunt auidē, quod à no
bis edocti, nobiscum communiter de
restentur: sed meminerint, libellū de
præscriptionibus, qui nostri tempor
ris sectarios tam insigniter perculit,
nunquam fuisse reprehensum. Hippo
lytus Portuēsis Episcopus, quā bel
le, quā clarē Antichristi neruū, Lu
therana tempora, præmonstrauit.
Eum propterea scripiorem infantis
sumū & laruā nominant. Cypria
num, delicias & decus Africae, Gall
canus ille criticus, & Magdeburgici,
stupidum & destitutum Deo & de
prauatorem poenitentiae nuncupar
runt. Quid admisit? Scripsit enim de
virginibus, de lapsis, de vnitate. Ecc
lesiae tractationes eiusmodi, eas etiā
epistolas Cornelio Romano Pontifi
ci: vt nisi fides huic martyri detraha
tur, Petrus martyr Vermilius, omnes
que cum eo fœderati, peiores adulte
ris & sacrilegis habeantur. Ac ne sin
gulis insistam diutius, Patres huius
seculi

ACADEMICIS.

seculi damnatur omnes, quippe qui doctrinam de poenitentia mire deprauarunt. quo pacto? Nam austeritas canonum quæ viguit ea tempestate, maiorem in modum displicet huic sectæ plausibili, quæ trichinjs aptior quàm templis, voluptarias aures titillare, & puluillos omni cubito solet assuere. Quid ætas proxima, quid peccauit? Chrysofost: & n̄ Patres, Iustitiam fidei fœde videlicet obscurarunt. Nazianzenus, quem, honoris causa, Theologum veteres appellarunt, Caussæo iudice, Fabulator, quid affirmaret, nescit. Ambrosius à Cacodemone fasciatus est, Hieronimus æquè damnatus atq; diabolus: iniuriosus Apostolo, blasphemus, sceleratus, impius. Vnus Gregorio Massouio pluris est Calvinus, quàm centum Augustini. parum est, centum: Lutherus nihil facit aduersum se, mille Augustinos, mille Cyprianos, mille Ecclesias. Longius rem deducere, superuacaneum puto. Nam in hos qui bacchantur, quis miretur in Optatum, Athanasium, Hilarium,

Cent: 3.

cap: 4.

Canones poenitentig veteres

Ezech 13.

Præfa. in cent: 5.

Dial: 768.

Beza in Act: Apof. ca. 23.

Stanchar: de Trinit. lib. cont. Henri. 8. Reg: ang.

RATIONES REDDITÆ
rium, Cyrillos, Epiphanium Basili
um, Vincentium, Fulgentium, Leo
nem, Gregoriumq; Romanum fuisse
procacissimos.

Quamquam si datur vlla rebus in
iustis iusta defensio, non inficior, ha
bere Patres, vbiq; incideris, quod
isti, dum sibi consentiunt, necessariis
stomacheantur.

Etenim qui odere stata seiunia, quib
animo oportet esse in Basilium Na
zianzenum, Leonem, Chrysostomū,
qui de Quadragesima, & in dictis ie
iuniorum ferijs, tanquam de rebus
iam vsitatis, coaciones egregias pu
blicarunt.

Qui suas animas auro, libidine, cra
pula, & ambiciosis conspectibus ven
diderunt, possuntne non esse inimi
cissimi Basilio, Chrysostomo, Hiero
nymo, Augustino, quorum excellē
tes libri de Monachorum instituto,
regula, virtutibus, teruntur.

Qui captiuam hominis voluntatē
inuexere, qui Christiana funebria su
stulerē, qui diuorum reliquias, sintne
placabiles Augustino, qui de Libero
arbitrio, libros tres, De cura pro
mortuis, vnum; De miraculis ad Ba
silicas & memorias martyrum, proli
xum caput nobilissimi operis & con
ciones

Li. 22. de
Cit. Dei c.
8. & ser.
de diuer.
34. & seq.

ACADEMICIS.
 ciones aliquot exaravit.

Qui fidem suis captiunculis metiuntur, nonne succenseant Augustino cuius est insignis epistola contra Manichæum, qua se proficitur, Antiquitati, Consensio[n]i, Successio[n]i perpetuæ, & Ecclesiæ quæ sola inter tot hereses Catholicæ nomen v[er]it[ati]s vindicat, assentire?

Optatus Mileuitanus episcopus, Donatianam partem reuincit ex cōmuniō[n]e catholica, nequitiam accusat ex decreto Melchiadis, hæresim refutat ex ordine Romanorum Pontificum, insaniam patefacit ex Eucharistia & Christinate contaminatis, sacrilegium horret, ex diffractis altaribus, *in quibus Christi membra portata sunt*, pollutisque calicibus, *qui Christi sanguinem tenuerunt*. De Optato quid sentiant, a uo scire, quæ Augustinus ut venerabilem & catholicum Episcopum, Ambrosio parem & Cypriano, quem Fulgentius ut sanctum & fidelem Pauli interpretem, Augustini similem & Ambrosii meminerunt.

Athanasii symbolum in templis concinnunt. Num fauent ei qui Antonium Eremitam Ægyptium, grauis

E η auctor

Cont, ep.
 Mā quam
 vocat fun
 da cap: 4.

Lib 1. cōt.
 Parmen,

Lib: 26

Lib: 3.

Lib: 6.

Aug: li. 1.
 con: Parmen.

De vnita.
 cap: 16 &
 lib: 3, de
 Doctrin:
 christiana
 cap: 49.

RATIONES REDDITÆ

Vide epi:
Synod. alex-
xan. ad Fe-
lic: 2.

Vide epi:
D. Am. ad
epif. Ita
Itē ad so.
l. x ep. 85.
Itē ser. 91.
Aug. l. 22
de ciu. dei
cap: 1.
Greg. Tu-
ro. lib. de
glor. mar.
cap: 46.
Metaphr.
Inst: li. 1.
ca: 11, n. 5

auctor, accurato libello dilatauerit, quicq̃ cum Alexandrina Synodo, iudicium sedis Apostolicæ, diui Petri, suppliciter appellaret? Prudentius in hymnis quoties precatur Martyres quos decantat? quoties ad eorum cineres & ossa Regem martyrum veneratur? Num hunc probabunt?

Hieronymus pro diuorum reliquijs & honoribus scribit in Vigilanti-um; In Iouinianum, pro virginita- tis gradu. Hunc cine patientur?

Ambrosius tutores suos Geruasium & Protasium, celebritate notissima, in Arrianam ignominiam honestauit: cui facti diuinitissimi Patres encomion tribuere: quod factum, Deus non vno prodigio decorauit. Num beneuoli sunt Ambrosio futuri?

Gregorius magnus noster apostolus, planissimè noster est, eoque nomi- ne nostris aduersarijs odiosus, quem Caluini rabies negat in schola sancti Spiritus educatum, propterea quod sacras imagines, illiteratorum libros appellasset.

Dies me deficeret numerantem e- pistolas, conciones, homilias, oratio- nes, opuscula, disceptationes Patrum in quibus ex apparato, grauitè & ornate nostra catholicorum dogma-
ra robo-

ACADEMICIS.

ita roborarunt. Quàm diu apud bibliopolas ista venierint, tam diu frustra nostrorum codices prohibentur: frustra seruantur aditus orçq; maritimes: frustra domus arcæ, scrinia, capsulæ disquiruntur: frustra tot portis minaces tabulæ suffiguntur. Nullus enim Hardignus, nec Sanderus, nec Alanus, nec Stapletonus, nec Bristolius, hæc noua somnia vehementiùs quàm hi quos recensui Patres, insectantur. Talia cogitanti accreuit animus & desiderium puñæ, in qua, quoquo se mouerit aduersarius, nisi gloriam Deo cesserit, feret incommodum. Patres admiserit: captus est. exclusit nullus est.

Adolescentibus nobis ita contingit, Ioannes Iuellus antesignanus Calumianorum Angliæ, Catholicos ad Diui Pauli Londinensium, incredibili factiãta lacefsiuit, inuocatis per hypocrisin & imploratis Patribus, quicumq; intra salutis annum sexcentissimum claruissent. Accipiunt conditionem memorabiles viri, qui tum exulabant Louanij, summis licet difficultatibus propter iniquitatem suorũ temporũ circumsepti. Aulim dicere, tanto popularibus nostris bono fuisse illam Iuelli asturiam, insensiam, un-

RATIONES REDDITÆ
probitatem, impudentiam, quas ij
scriptores feliciter expanderūt, vt vix
aliud quidquam memoria mea, pro
uenerit Anglorum Ecclesię laboranti
fructuosius. Edictum continuò valu
is appenditur, ne qui eodices illius
modi legerentur, neuè haberentur,
quàm tantis clamoribus propemo
dū extorti prodissent, didicere qui
tunc negotium attrigissent, Patres fu
isse catholicos, id est nostros.

Li. de vit.
Iuel.

Nec hoc sibi suisq; vulnus inflictu
Laurentius Humfredus tacuit: qui
cum altè iuellū quo ad cætera sustu
lisset, vnain, ei notam asperfit in con
siderantiã, quòd Patrum calculos re
cepisset: quibus cum sibi nihil esse cõ
merci, nec fore, sine vlla circuitione
proloquitur.

Pertentauimus etiam familiariter
aliquando Tobiam Matthæum, qui
nunc in concionibus dominatur, què
propter bonas artes & virtutum se
mina dileximus, vt responderet inge
nuè, possetne qui Patres assiduus le
cturaret, istarū esse partium quas ille
suaserat. retulit, non posse, si pariter
eos legeret, ijsq; crederet. Verissimū
hoc verbum est, neq; aliter aut eum
nunc, aut Matthæū Huttenū, qui vir
nominatus in paucis, versare Patres
dicitur,

dicitur, aut reliquos aduersarios qui hoc faciunt, sentire arbitror.

Hactenus ergo securus in hanc aciem potui descendere, bellaturus cum his, qui quasi auribus lupum teneant, æternam causæ maculam cogantur inurere, siue recusent Patres siue deposcant. Nam in altero fugam adornant, in altero suffocantur.

SEXTA RATIO.

VI.

SI Quibus vnquam cordi cureque fuit id., quod maximopere nostris fuit & esse debet, *scrutamini Scripturas* : Facile Principes &

Firmamentum Patrum.
Ioan: 15.

palmares in hoc genere sanctissimi Patres extitere. Horum opera sumptuque tot gentibus & linguis transscripta Biblia & importata sunt : Horum periculis & cruciatibus, erepta de flammis hostilibus & vastitate : horum laboribus & vigilijs, omnem in parte enucleata studiosissime. die noctuque sacras literas imbibere, de suggestis omnibus sacras literas edidere, immensa volumina sacris literis ditauere, fidelissimis commentarijs sacras literas explicuere, cibos & inediam sacris literis condere, occupati denique sacris in literis ad senectutem decrepitam peruenere.

RATIONES REDDITÆ

Quodd si frequentes ipsi quoq; ab auctoritate Maiorū, ab Ecclesiæ Præxi, à Successione Pontificum, à Concilijs œcumenicis, à Traditionibus Apostolicis, à cruore Martyrum, à Scitis Præfulum, à visis euentisq; mirabilibus argumentari sunt: tamen omnium maximè & libentissimè Sanctarum Literarum testimonia denia conglobant, hæc præmūt, in his habitant, huic *armatura fortium*, duces robustissimi, facta recta Ciuitatis Dei cōtra nefarios impetus quotidie munientes, optimo iure, primas partes honoratissimasq; porrigunt.

Cant: 4.

Quo magis demiror illam exceptionem aduersarij superbam & fatuā, qui velut aquam in profluente quæritans, sic in scripturis confertissimis scripturarum penuriam obiectat. Tantisper se Patribus assensurum dicit, dum Sacris literis adhærescunt. Num loquitur ex animo? Curabo igitur procedant armati atq; stipati Christo, Prophetis, Apostolis, atq; omni apparatu Biblico, celeberrimi auctores, antiquissimi Patres, sanctissimi viri, Dionysius, Cyprianus, Athanasius, Basilus, Nazianzenus, Ambrosius, Hieronymus, Chrysostomus, Augustinus, Latinusq; Gregorius.

Regn et

ACADEMICIS.

Regnet in Anglia fides illa, vtinam regnet, quā hi Patres amicissimi scripturarū ex scripturis extruunt. Quas afferunt, afferemus: quas conferunt, cōferemus: quod inferūt, inferemus. placet exscrea. dic sodes. Minimè ve rò, inquis, nisi rectè exponant. Quid est hoc ipsum, rectè? Arbitratu tuo. Nihilne pudet Labirinthi?.

Ergo cum sperē in Academijs florentissimis, consociatū iri bene multos, qui non pingui minerua, sed acuto iudicio in has controuersias inspecturi sint, & horum responsa nugatoria libraturi, lætus hunc diem campi præsto labor, vt qui contra syluestres tumulos mendiculorū inermium, nobilitatem & robur Ecclesie Christi cogitem educere.

SEPTIMA RATIO.

Distinam Ecclesie faciem Historia prisca retegir. Huc prouoco. Certe antiquiores Historici, quos etiam vsurpant aduersarij, ferè numerantur, Eusebius, Damasus, Hieronymus, Rufinus, Orosius, Socrates, Sozomenus, Theodoretus, Castodorus, Gregorius Turonensis, Vulfardus, Regino, Marianus, Sigebertus, Zonaras, Cedrenus, Nicephorus.

Historia.

Generales
Historic.

F Quid

RATIONES REDDITÆ

Quid narrant? Nostrorū laudes, progressus, vicissitudinem, hostes. Imo verò quod obserues diligenter, illi qui dissident à nobis odio capitali, Philippus, Pantaleon, Funccius, Magdeburgiel, quum se ad scribendam vel chronologiam Ecclesiæ, vel historiam appulissent, nisi nostrorum gesta colligerent, ac inimicorum Ecclesiæ nostræ fraudes & scelera coaceruarent, mille quingentos annos argumento vacui prætermitterent.

Hæretico.
chronica
& histor.

Historici
certar gē-
tium.

Cum his considera peculiare certarum historiographos regionū, qui vnus acta cuiusq; populi curiosius operosiusq; scrutati sunt. Si quasi sparram adepti quam locupletare modis omnibus & perpolire cuperent, qui ne conuiuia quidem lautiora, aut manicatas tunicas, aut pugionum capulos, aut inaurata calcaria, talesq; minucias, si nouitatem saperent, tacere: profecto, si quid in religione mutatum aut à primis degeneratū seculis inaudissent, frequentes memorassent, si non frequentes, saltem aliqui: si non aliqui, vnus aliquis absq; dubio. Nullus omnino, neq; beneuolus vobis, neq; maleuolus, non modo quidquam tale prodidit, sed nec significauit.

Verbi

ACADEMICIS.

Verbi gratia. Dant nobis aduersar
rii, nec aliter possunt, fuisse Roma-
nam Ecclesiam aliquando sanctam,
catholicam, Apostolicam: tum cum hæc
à Diuo Paulo promeruisset elogia:
*Vestra fides annuciatur in vniuerso
mundo: Sine intermissione memori-
am vestri facio: Scio quoniam ve-
niens ad vos in abundantia benedi-
ctionis Christi veniam: Salutât vos
omnes Ecclesie Christi. Vestra enim
obediencia in omnem locum diuul-
gata est.* Tum cum ibi Paulus in li-
bera custodia, disseminaret Euange-
lium: Tum, cum in ea quondam *Ba-
bylone collectam Ecclesiam* Petrus
regeret: Tum, cum ille Clemens ap-
pime laudatus ab Apostolo sederet
ad ipsa gubernacula: Tum, cum pro-
phani Cæsares vt Nero, Domitianus,
Traianus, Antonius, Romanos Pon-
tifices laniarent. Tum etiam, vel Cal-
uino teste, cum Damassus, Siricius,
Anastasius, Innocentius, clauum te-
nerent Apostolicum. Hoc enim secu-
lo, nihil adhuc, præsertim Romæ, di-
gressos ab Evangelica doctrina, libe-
raliter ille concedit.

Quando igitur hanc fidem tanto-

F ij

pere ce-

Ro: 1. v. 8

Ro: 1 v: 9

Ro. 15. v.

19.

Ro: 16. v:

17.

Ro. 16. v,

19.

Actu. 28.

1. Petr. 5.

v: 13.

Hiero: in

ca. scrip.

Eccl: & Pa

pias apud

Euf: 2. his.

15.

Phl: 4. v.

3. Iren. 1. 3

cap: 3.

Inst: lit: 4.

c. 1. nu: 3.

& in epist

ab Sadol.

RATIONES REDDITÆ

pere celebratam Roma perdidit: quã
do esse desit, quod ante fuit: Quo tẽ
pore, quo Pontifice, qua via, qua vi,
quibus incrementis, urbem & orbẽ
religio persuasit aliena: quas voces,
quas turbas, que lamenta progeniit.
Omnes orbẽ reliquo sopiti sunt, dũ
Roma, Roma inquam, noua sacra-
menta, nouum sacrificium, nouum
religionis dogma procuderet: Nul-
lus extitit historicus, neq; Latinus, ne-
que Græcus: neq; remotus, neq; citi-
mus, qui rem tantam vel obscure ia-
ceret in commentarios?

Ergo perspicuum hoc quidem est,
si quæ non credimus, historia multa
& varia, nuncia vetustatis, vita me-
morix, loquitur ac reperit affluer-
ter: quæ isti obtrudunt, nulla narra-
tio post homines natos in Ecclesia
valuisse commemorit: & historicos
esse meos, & incursiones aduersarias
esse frigidissimas, quæ nihil mouere
possint, nisi prius receptũ sit, omnes
omnium temporum Christianos in
spissam perfidiam atq; in Gehennæ
voraginem corruisse, donec Luthe-
rus Boram constuprasset.

Vide Co-
ci, in an.
1523.

OCTAVA RATIO.

Ego vero

ACADEMICIS.

EGO verò, præstantissimi viri, cum de multis hæresibus, quædam apud me opinosissimorū portenta reputo, quæ mihi venient expugnanda: me ipsum inertix vecordixq; condemnem, si cuiusquam in experiundo facultatem aut vires extimescerē. Sit ingeniosus, sit eloquēs, sit exercitatus, sit omnium librorum heiluo, tamen aridus & halbus appareat necesse est, cū hæc tā *adynata* sustentabit. Disputabitur enim, si forte nobis annuent, De Deo, de Christo, de Homine, de Peccato, de Iustitia, de Sacramentis, de Moribus. Videro an ausint adseuerare quæ sentiunt, quæq; rebus additi necessarijs diuulgant in scriptiunculis. Faxo non sint ista suorum axiomata.

Deus est auctor & causa peccati, volens, suggerens, efficiens, iubens, operans, & in hoc impiorum scelerate consilia gñbernatus proprium Dei opus fuit, vt vocatio Pauli, sic adulteriū Dauidis, Iudæq; proditoris impietas. Monstrum hoc, cuius Philippum aliquando puduit, Lutherus tamen à quo Philippus hauserat, quasi oraculum cœlestis miris extollit laudibus, & alumnum suum eo nomine tantū non exequat Apostolo Pau-

VIII.
Paradoxa

De Deo.
Cal. inst.
lib: 1. cap.
13. lib. 2.
c. 4. lib: 3.
cap: 23, &
24.
Pet: Mar:
in 1. Sa. 2.
Melanct.
ann, in c.

RATIONES REDDITÆ

Roma: 8.
vultem.
1524.

Sic docet
Lut. in as-
ter. 36. &
in res: aff.
39. & in li-
br: de ser.
arbitr.

Præf. in an-
no. Philip
In Apol.
Ecc: Ang.
Vide ēchi.
precan.

1543.
De Ch̄o.
Inst. li. 1.
c. 13. nu.
23. 24.

Bez. in Hel-
hus. Beza
contra.
Schmide
A. de vnit
hypostat.
dua. in
Ch̄i nar.

lo. Percontabor etiā quid animi Lu-
thero fuerit, quem Angli Calviniani
*virum diuinitus datum ad orbem il-
luminandum* pronunciant, cum hūc
versum demeret supplicationibus Ec-
clesiæ, *Sancta Trinitas, vnus, De-
us, miserere nobis.*

Mox ad personam Christi progre-
djar, Quæram ista sibi quid velint.
Christus Dei filius, Deus de Deo, Cal-
uino, Deus ex sese: Bezæ non est ge-
nitus de Patris essentia. Item. Duæ
constituantur in Christo vniones hy-
postaticæ, altera animæ cum carne,
Diuinitatis cum humanitate, altera.
Locus apud Ioannem, *Ego & Pater
vnum sumus.* Non ostendit Christiū
Deum homoousion Deo Patri. Sed
& *anima mea*, inquit, Lutherus, *o-
dit hoc verbum homoousion.* Pergite,
Christus ab infantia non fuit gratia
consummatus, sed animi dotibus ve-
lut ceteri homines, adoleuit, vsu fa-
ctus quotidie sapientior, ira vt pue-
rulus ignorantia laborarit. Quod pe-
rinde est ac si dicerent originis labe &
vicio sordidatum. Sed cognoscite di-
riora. Christus cum orans in horto,
sudoribus aquæ manaret & sanguinis,
sensu

sen-
it,
ritu
nar
cele
pli
in
De
Acc
rac
si p
sem
ado
ad
nar
nit
refi
ni
fin
mo
no
den
stuo
se,
do
agi
nes
mo
tus

ACADEMICIS.

sensu damnationis æternæ cohortatus, vocem edidit sine ratione, sine spiritu, vocem doloris impetu repentinam, quam, ut non satis meditantem, celeriter castigavit. Estne aliquid amplius? Attendite, Christus cum actus in crucem exclamaret, *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me.*

Accensus est flammis inferni, desperationis vocem emisit, non aliter quàm si pereundum ei foret internecone sempiterna. His etiam si quid possunt addant. Christus, inquiunt, descendit ad inferos, id est, Mortuus Gehennam gustavit, nihilominus quàm animæ damnatorum, nisi quod sibi restituendus erat. Quandoquidem enim morte corporea nihil nobis profuisset, animam quoque luctari cum morte debuit æterna, atque hoc modo nostrum scelus suppliciumque dependere. Ac ne quis forte suspicetur istud Calvino per incuriam obrepfisse, idem Calvinus omnes vos, *si qui doctrinam istam solatij plenam exaggerastis, perditos appellat nebulones.* Tempora, tempora cuiusmodi monstrum aluistis? Cruor ille delicatus & regius, qui de innocentis agni corpore

Cal. in Io
10.

Côt: La
tom. Buc.
in Luc: 2.
Cal in har
cu: Lut.

Loff. Hen.
Mela: in E
uando 1.

post Epist
Marlorat.
in Mat: 26

Cal: in
Harm: E
uangel.

Breit. in
Luth: par
1. hom 65

& in Ca
tech. an.
1551.

& in Ioã.
hom 54.

Casin har
cu: In cã.
senten.

Loff: in
Math: 26.

RATIONES REDDITÆ

Schmide,
conci: de
pass. & cæ
na aſſi.

Aepinus
com: in
pſal: 16.

Cal inſt. l.
2. ca. 16.

Bren: in
catec: an.

1551

Inſt: li6 2.
cap: 16. n

12.

1. Tim. 2.

Apoc: 2.

Bucer in
Mat: c. 26.

1551

1551

1551

1551

1551

1551

1551

1551

1551

1551

1551

1551

1551

1551

1551

1551

corpore lacerato fiſſoq; ſcaturit, cuius cruoris vna quæuis guttula, propter dignitatem Hoſtiæ, mille mundos redimere potuiſſet, nihil humano generi profecit, niſi *Mediator Dei et hominum homo Chriſtus teſus mortem quoq; ſecundam*, mortem animæ, mortem gratiæ, peccati ſolius & exitiabilis blaſphemæ ſociâ per tuliffet? Præ hac inſania modestus videtur Bucerus quamquam eſt impudens, qui infernum in ſymbolo, ſepulchrum accipit, perepexegeſin valdè præpoſteram, ac potius: taſtalogiam ineptam atq; ſtolidam. Anglicani ſectarij, pars Caluino, Idolo ſuo, pars Bucero, magno magiſtro, ſolent accedere: pars etiam ſubmurmurant in hunc articulum, ne quid facellaſt ultra moleſtiæ, quemadmodum ſine tumultu penitus eximatur de ſymbolo. Id verò etiam fuiſſe retatum in conuenticulo quodam Londinenſi, memini narrare mihi qui interſuit Ricardum Chenium, miſerum ſenem, male mulctatum à latronibus forſis neq; tamen ingreſſum in paternâ domû. Haſtenus de Chriſto De Homine quid? Imago Dei pernitus in homine deleta eſt, nulla boni ſcintilla.

De homi-
ne.

ni ſc
quo
ditu
ſanc
niſi
Quo
am
dinu
cuſer
deor
H
prin
ne p
eſſe v
mar
pſun
ſe et
in h
ſed
iudi
quiſ
lum
rer,
ſic i
truc
ſime
qui
eſt o
le ſic
Her
prin

ATACADEMICIS.

ni scintilla superstitie: tota natura
quoad omnes Animæ partes ita fun-
ditus euerfa, vt ne renatus quidem &
sanctus quicquã sit aliud intrinsecus,
nisi mera corruptio atq; contagio.
Quorsum ista? Vt qui sola fide glori-
am rapturi sunt, in omnium turpitu-
dinum cœno volutati, naturam ac-
cusent, virtutem desperent, præcepta
deonerent.

Huc Illyricus, Magdeburgensium
primipilus, illud suum adiecit imma-
ne placitũ de originis peccato, quod
esse vult, intimam substantiam Ani-
marum: quippe quas, post Adami la-
psum, diabolus ipse procreet, & in se
se transformet. Hoc quoq; tritum est
in hac fece, omnia peccata esse paria:
sed ita (ne Stoici reuiuiscant) si Deo
iudice ponderentur. Ac si Deus, æ-
quissimus iudex, oneri nostro cumu-
lum potius quàm leuamentum face-
ret, & id quod non est in re, quum
sit in se iustissimus, exaggeraret. Hac
trutina, non leuius in Deum seueris-
simè iudicantem deliquerit ille caupo
qui gallum gallinaceum, quando nõ
est opus, occiderit, quàm infamis il-
le sicarius, qui plenus Beza, Gallum
Heroda Guisium, admirabili virtute
principem, diplosa fistula clanculum

Illyric. in
varijs lib.
de ori. pec-
Cal. inst. l.
2. cap: 3.
Sarcer. de
conl: ve.
Eecl.
Aepin de
imb: &

pec. Sãct.
Kem: cõt.
cens. Col.
De pecca-
to.

Illyr. in va-
ri: lib: de
pec. orig.
Vide Hef-
hus. in e-
pi. ad Illy.
An pec. sit
substantia
Cal in an.
tid. Conc
Trident.

Itẽ docue-
rat Wickes
apud Wal-
du: lib: 2.
de Sacra-
cap: 154

G

interemit.

RATIONES REDDITÆ

interemit, quo facinore nihil vidit or
his nostri ætate nostra funestius, ni-
hil luctuosius.

De gratia

Sed fortasse, qui tam sunt in pec-
cati conditione terrici, magnificè phi-
losophantur de diuina gratia, quæ hu-
ic malo succurrere ac mederi possit.
Præclaras verò isti partes assignant
gratiæ, quam neq; infusam cordibus
nostris, neq; ad resistendum sceleribus
validam esse latrant, sed extra nos in

Luther in
resp. cōtr.
Louanië.

solo Dei fauore collocant: qui fauor
non emendet impios, nec purget, nec
illuminet, nec dicet, sed veterem illā
sententiam adhuc manentem atq; fatē-
tem, ne deformis & odiosa putetur,
Deo coniuente, disimulet. Quo suo

Bucer: in
Ioan: 1.
Weil. in
nat. Chri.

plasmate tantopere delectantur, ve-
ne Christus quidem aliter apud illos
gratia plenus & veritate dicatur, quā
quod ei Deus pater mirandum in mo-
dum fauerit.

Bréc. hō.
11. in Io.
Cent. 11. 1.
cap: 4.

Quæ res ergo iustitia est? Relatio.
Non enim ex theologice cōcinnata
virtutibus fide, spe, charitate, quæ a-
nimam suo nitore conuestiant, sed tã-
tum occulatio delicti, quam qui sola

De iustitia

fide prehenderit, ille tam de salute cer-
tus est, ac si iam pridem interminato
cœli gaudio frueretur.

Age, somniet hoc; sed vnde con-
stare po-

ACADEMICIS.

stare poterit de futura perseverantia, qua qui caruit, exiit infelicissimus, licet ad tempus purè pieq; iustitiam coluisset. Imo verò hæc tua fides, Calvinus ait, nisi tuam tibi perseverantiam firmè prænuncient, ut allucinari nequeas, tanquam inanis & languida iperneretur. Agnosco discipulum Lutheri. Christianus, inquit ille, etiã volens, non potest salutem perdere, nisi nolit credere.

Ad Sacramenta festino. Nullum, nullum non duo, non vnum, ò sancte Christe rel. querunt. Ipsorū quippe panis, venenum est. Baptismus, etsi adhuc verus est, non est vnda salutaris, non est canalis gratiæ, non derivat in nos Christi merita, sed significatio duntaxat salutis est. Itaq; nihilo plurius Baptismum Christi quo ad nuturam rei, quam Ioannis fecere cærimoniam. Si habeas, recte: si careas, nihil damni: crede, saluus es antequã abluare. Quid ergo parvuli, qui nisi iuventur virtute Sacramenti, tua fide miselli nihil assequuntur? Potius quã Sacramento Baptismatis quicquam tribuamus, inquit Magdeburgici, demus inesse si em ipsis infantulis, qua servetur, cuius fidei pulsus quosdam abditos intelligant ipsi, qui vi-

G ij uant nec

Math: 12.
Lucæ 11.
Inst. lib. 3
cap: 2.

Lib: de ca
pt. Baby.

De Sacra
mentis.

Cal: insti.
li: 4. c. 15.
cent: 1. 1.
1. cap: 10

Lut: li. de
capt. Bab.

Cent. 2. &
5. cap. 4.

RATIONES REDDITÆ

Luth. ad-
uer: Coch-
Itē ep: ad
Melanro.
2. & in e-
piisto. ad
Wald.
Anabapti-
stæ.

Apoc: 13.

De Morib

Serm: de
Matrim
Li: de vo.
con: & af-
se, art: 16.

uant necne nondum intelligunt. Du-
rum. Si hoc adeo durum est, Luther
ri pharmacum auditote. Præstat in-
quit omittere, quando quidem nisi
credat infans, ne quicquam lauetur.
Hęc illi quidē ancipites animo, quid-
nam enuncient categoricè. Ergo Bal-
tasar Pacimontanus, diribitor inter-
ueniat: qui parens Anabaptistarum,
cum paruulis motum fidei non pos-
set astringere, Luteri cautioneulam ap-
probauit, & prædobaptisimum eici-
ens è templis, neminem nisi adulum
fonte sacro decreuit abluere. Ad reli-
qua Sacramenta quod attinet, quāuis
illa bestia multiceps horrendas eiecerit
con tumelias, tamen quia quotidianæ
iam sunt, & callum auribus obduxe-
runt, hic prætereo.

Restant hæreticorū de vita & mo-
ribus frustra nocentissima, quæ Lu-
therus euomuit in chartas, vt ex vni-
us pectoris impuro gurgustio pestē
lectoribus inhalaret. Audite patien-
ter, & erubescite, & mihi date veniā
recitanti Si nolle vxor, aut nō pos-
sit, veniat ancilla. Siquidem res vxo-
ria tam est cuiq; necessaria, quā cica,
potus, somnus. Matrimoniu est vir-
ginitate multo præstātius. Eam Chri-
stus, eam Paulus dissuasit homi-
nibus

ACADEMICIS.

nibus Christianis. Sed hæc fortasse propria Lutheri sunt. Non sunt. Etiam nuper à meo Charco, sed miserè timideq; defenduntur. Vultis ne plura? Quidni?

Quanto sceleratior es, inquit, tanto vicinior gratiæ. Omnes actiones bonæ peccata sunt, Deo iudice, mortifera: Deo propitio, leuiuscula. Nemo malum suapte voluntate cogitat. Decalogus nihil ad Christianos. Opera nostra Deus nequaquam curat. Soli rectè participant cæna dominica, qui tristes, afflictas, perturbatas, confusas, erraticas, apportant conscientias. Confitenda crimina sunt, sed cuiuslibet, qui si te vel ioco absoluerit, modo credideris, absolutus es. Legere preces horarias non est Sacerdotum, sed Laicorum. Christiani liberi sunt à statutis hominum. Satis superq; lacunam istam commòsse videor. Iam finio. Nec verò putetis iniquiorem esse me, qui Lutheranos & Zuinglianos promiscuè coarguerim. Nam isti memores à quo profemina ti sint, inter se fratres & amici volūt esse, adeoq; grauem interpretantur in iuriam, cum in villa re præter vnam, discriminantur,

Equidem nō sum tanti, vt vel me-

E iij

dicrem

Li. de vo.
Eua.

Li. de vo.
mo:

Char: lib.

lib: in cēs
forem suū

Lut: serm.
de pi. Pet.

Assert. 32.
Li. de ser.

arbit.

Serm. de
Moyses

Li. de ca.
pt. Bab.

3012

3013

3014

3015

Apol. eccl
Angl.

RATIONES REDDITÆ
diocrem locum mihi sumam in sele-
ctis theologis, qui hodie bellum hæ-
resibus indixere: sed hoc scio, quan-
tuluscunq; sum, periclitari me nõ pos-
se, dum Christi gratia sultus, aduer-
sum talia commenta, tam inuisa, tã
insulsa, tam brutta, cœlo terraq; iu-
uantibus, præliabor.

IX.
Sophisma
ta.

NONA RATIO.

SCitum est, inter cæcos luscum
regnare posse. Apud rudes valet
sæpe fucata disputatio, quã scho-
la Philosophorum exhibilat. Multa
peccat aduersarius in hoc genere. sed
quattuor fallacijs plerumq; consui-
tur, quas in Academia malim, quam
in triuio retexere.

Sciama-
chia
1. Cor: 7.

Primum vitium Sciamachia est,
quæ auras & umbras magno cona-
tu diuerberat. Hoc pacto. Contra cœ-
libes iuratos & votos in castimoniã,
quod nuptiæ bonæ sint, virginitas
melior. afferuntur scripturæ loquen-
tes honorifice de coniugio. Quem
feriunt? Contra meritum hominis
Christiani, tinctum Christi sanguis-
ne, alioqui nullum, promuntur tes-
timonia, quibus iubemur, nec na-
turæ, nec legi, sed sanguini Christi
fidere. Quem refellunt? In eos qui co-
lunt cœ-

ACADEMICIS.

lunt cœlites, vt famulos Christi maximè gratiosos, citantur integræ pagellæ quæ vetant colere multos Deos. Vbi nam sunt? Huiusmodi argumentis quæ apud hæreticos infinita reperio, nobis esse detrimento non poterunt, vobis esse fastidio poterunt.

Aliud vitiū *Logomachia* est, quæ sensa deserens, loquaciter cum verbo litigat. Inuenias mihi *Missam* inquit, aut *Purgatorium* in scripturis. Quid ergo? *Trinitas*, hominiosos, personæ, nusquam sunt in Biblijs, quia voces istæ non sunt? Affine est huic peccato, *literarum aucupium*, quum neglecta consuetudine & mente loquentium, quæ vita vocabuli est aduersus elementa contenditur. Nempe sic aiunt: *Presbyter*, nihil est *Græcis* aliud nisi *senior*, *Sacramentum*, quoduis *mysterium*.

Logomachia,

Cœterum acutè D. Thomas, vt omnia, In vocibus, inquit, videndum non tam ex quo quam ad quid, sumatur.

Tertiū *Homonymia* est, longe lateque patens. Vt: *Quorsum ordo sacerdotum*, cum Ioannes omnes nos vocauerit

Homonymia.

Apoc: 5.

cauerit

RATIONES REDDITÆ

cauerit sacerdotes? Etiam hoc addi-
dit. *Regnabimus super terram.*

Isaia 48.

Quorsum ergo Reges? Item: *Pro-
pheta celebrat ieiunium spiritale,
hoc est, ab inueteratis criminibus
abstinentiam. Valeat ergo ciborum
delectus & dierum prescriptio.*

Siccine? Igitur insanierunt Moyses,
David, Helias, Baptistes, Apostoli,
qui biduo: triduo, vel hebdomadis
inediam terminarunt, quæ quidem,
vt à crimine, debebat esse perpetua
Hoc quale sit iam vidistis, propero.

Circula-
tio.

Quartum his adijcitur, Circulatio:
In hunc modum: Da mihi notas, in-
quam, Ecclesiæ, *Verbū Dei & puris-
sima sacramēta.* Hæccine sunt apud
vos? *Quis dubitet?* Ego verò perne-
go. *Consule verbum Dei,* iam cōsu-
luis minusq; vobis, quā ante, faueo.
*Ach, tamen planū est. Proba mihi,
Quia nos ne latum quidem unguem
discendimus à verbo Dei.* Vbi est ar-
cumen tuum? semperne capies pro
argumento, illud ipsum quod poni-
tur in quæstione? Quoties hoc iam
incolco? Non tu euigilas? Num faces
admouendæ sunt? Dico, à te perpe-
ram expo-

ACADEMICIS

tam exponi verbum Dei: testes ha-
 beo quindecim ætates ista sententiæ,
 non mex, non tuæ, sed harū omnium.

Scabo sententia verbi Dei: Spiritus ubi vult spirat. Eccum, quos
 gyros, quas rotas fabricat: Hic nu-
 gator, tot verborum atq; sophisma-
 tum architectus, nescio cui formido-
 losus esse queat, molestus erit forras-
 se. Molestiam vestra prudentia sub-
 leuabit, formidinem res eripuit.

Iodis

DECIMARATIO.

Hæc erit vobis directa via,
 ita vt stulti nō errent per eā.

Quis enim, quamuis hebes in plebe
 cala, dummodo salutis cupidus pa-
 rumper attenderit, semitam Ecclesiæ
 tam egregiè conplanatam, non vi-
 deat, non teneat, vepres & cautes &
 aua detestatus? Erunt hæc etiam ru-
 dibus explorata, sicut Isaias vaticinatus
 est, vobis igitur, si voletis, ex-
 ploratissima.

Theatrum vniuersitatis rerum po-
 namus ob oculos: quidquid est vs-
 piam peragremus: omnia nobis ar-
 gumentum suppeditant. Eamus in
 coelum: Rosas & lilia cōtemplemur:
 purpuratos nempe martyrio, candida-
 tos in-

X.

Omne ge-
 nus testiu
 Isaiæ 35:

H

tos in-

RATIONES REDDITÆ

Cœlites . 103 . innocentiã Romanos , inquam ,
 Aug: ser : Põtifices tres & triginta continenter
 37. de Sã. occisos: Pastores terris omnibus, qui
 Damas. in suum pro Christi nomine sanguine non
 vit. Pon/ oppignerarunt: Greges fidelium, qui
 Roman, Pastorum vestigijs insitere: Diuos
 omnes cœlites, qui turbæ hominum,
 puritate & sanctimonia præluxere.

Nostros hic uixissr, nostros hinc e-
 Hiero : in migrasse reperias. Noster fuit, vt pau-
 cat script: cula delibemus, ille martyrij sitientif-
 In epi: ad simus Ignatius, qui in rebus Ecclesiæ
 Smyrn. neminem, ne regem quidem, æqua-
 Euf: li. 3. uit episcopo: qui traditiones quasdã
 bap: 30. Apostolicas quarum testis ipse fuerat,
 ne dilaberentur, scripto mandauit.

Damas. in Noster, anachorita Telesphorus, qui
 vit. ieiunium Quadragesimæ sancitũ ab-
 Telesp. to. Apostolis obseruari seuerius iussit,
 1. cõlt ca. Noster Irenæus, qui à successione ca-
 stat: d. 5. thedræ Romanæ, fidem Apostolicã,
 Li. 3. c. 3. declarauit. Noster Victor Pontifex,
 Euf: 5. hi. qui Aflã edicto coercuit vniuersam:
 24. quod cum aliquibus, atq; etiam hu-
 ic Irenæo viro sacratissimo videretur
 asperius, nemo tamen attenua-
 uit vt exoticam potestatem. Noster
 Polycarpus qui super quæstione Pas-
 chatis Romam adijt, cuius ambustas
 reliquias, Smyrna collegit, anniuersa
 no die ritu legitimo suum episcopũ

Euf: 4. hi.
 14.
 Su. das.

venera-

Venerata, Nostri Cornelius & Cypri-
 anus, aurum par martyrum, ambo
 magni Præsules, sed maior ille, qui
 Romanus Africanum errorem rescid-
 derat, hic nobilitatus obseruãtia, qua
 maiorem est prosequutus amicissimũ
 sui. Noster Sixtus, cui ad aram solẽ
 nibus sacris operanti, ministrarunt
 septem viri. Noster Laurentius huius
 Archidiaconus, quem aduersarij de
 suis factis eijciunt, quem ante mille
 ducentos annos vir Consularis pru-
 dentius sic orauit.

Quæ sit potestas credita,
 Et muneris quantum datum,
 Probant Quirirum gaudia,
 Quibus rogatus annuis,
 Hos inte d̄ Christi decus,
 Audi & Poetam iusticum,
 Cordis fatentem crimina,
 Et facta prodentem sua.
 Audi benignus supplicem,
 Christi reum Prudentium.

Nostræ, virgines illę perbeatę, Ce-
 cilia, Agata, Anastasia, Barbara, A-
 gnes, Lucia, Dorothea, Catherina,
 quæ decretam pudicitiam aduersus
 & hominum & daemonum tyranni-
 dem firmauerunt. Nostra Helena,
 quam Dominicæ, crucis inuentio ce-

H ij lebrauit.

Euf: 7. hi
 stor: 2.

Prud: in
 hym: d f.
 Lauren.

Vi. Augu.
 ferm: 1. de
 S. Laur.
 Amb: l. 1.
 off: c 4. l.
 2. off. c. 8
 Leo ferm.
 in die sac.
 Lauren.

Metaphr.
 Amb. ser.
 90. 10. 3.
 & li. 1. de
 Virg.

RATIONES REDDITÆ

Ado. Tre. Iebrauit. Nostra Monica, quæ mori-
 in marty- ens orari, & sacrificari pro se mortua
 Euf: 8. his ad altare Christi, religiosissimè flagi-
 17. tauit. Nostra Paula, quæ ex Urbano
 Ruf: li: 1. palatio & opimis prædijs in spelun-
 cap. 8. cam Bethleemicam tantis itineribus
 Ex Aug: 1 peregrina cucurrit, vt ad Christi va-
 9. con. ca. gientis cunabula delitesceret. Nostræ
 vsq; ad 13 Paulus, Hilarion, Antonius, seniculi
 Hiero: in solitarij. Noster Satyrus, Ambrosij
 epit: Paul. germanus frater, qui tremendam il-
 Hiero: lam hostiam circum se gestans in ora-
 Athanas. rio, naufragus insiliit in Oceanum, &
 Amb: in fide plenissimus enatauit. Nostræ Ni-
 orat: fu: colaus & Martinus episcopi, exerciti-
 de Satyr. vigilijs, paludati cilicijs, ieiunio pa-
 Io. Diaco. sti. Noster Benedictus, tot Monacho-
 Seu Sulp. rum Pater, Chiliadas istas decennio
 Metaph. non exequeret: Sed nec illos repeto,
 Greg: l. 2 quos in Ecclesiæ Doctoribus ante po-
 dial. sueram. Memor sum breuitatis me-
 Vide 12. æ. Petat ista qui vult non solū ex-
 30. Suriij. abundantanti veterum historia, sed mul-
 to etiam magis ex grauisimis aucto-
 ribus, qui penè singult Diuos singu-
 los memoriæ reliquerunt, Renunci-
 et mihi de Christianis illis antiquissi-
 mis & beatissimis, quid autemet, v-
 trius doctrinæ fuerint, Catholicæ an
 Christianæ. Testor Dei solium, & il-
 lud tribu-

ACADEMICIS.

Iud tribunal ad quod stabo rationem
 rationum harum & Dicti, Facti, red-
 diturus, aut nullum cœlum esse, aut
 nostrorum esse, illud execramur, hoc
 ergo desigimus. Nunc è contrario,
 si libet, inspiciamus in Tartara. Cre-
 mantur incendio sempiterno, qui
 Iudæia quam Ecclesiam auersati: no-
 stram, qui: Ethnicis: quam Ecclesiam
 crudelissimè persequuti: nostram,
 qui: Turcis: quæ templa demoliti: **Damnati.**
 nostra, qui: Hæretici: cuius Ecclesiæ
 perduelles: nostræ. Quæ enim Ec-
 clesia præter nostram, omnibus in-
 ferorum portis se opposuit:

Cùm, pulsis hebræis, Christiani suc-
 crescerent Hierosolymis, Deum im-
 mortalem, qui concursus hominum
 ad loca sacra fuit, quæ vrbis religio,
 quæ sepulchri, quæ præsepîi, quæ cru-
 cis, quæ monumentorum omnium,
 quibus velut exuuijs mariti Ecclesia
 sponsa delectatur: Hinc manauit in
 nos Iudæorum odium, ferum & in-
 placabile. Quærentur etiam nunc,
 maiores nostros maioribus suis exi-
 tio fuisse, A Simone Mago & Luche-
 ranis nullum ictum acceperunt.

In Ethnicis violentissimis fuisse, **Ethnici.**
 qui toto Imperio, trecentis annis, per
 interualla temporum, ærumnossimi-
 ma Chri-

Matthe: 16
 Iudæi.
 Euse: 4:
 Hiero: in
 epi. Paul.
 & in epi.
 ad Marcel
 & passim
 in ep.

RATIONES REDDITÆ

Leo ferm
de D. Lau
rent.
Prude, in
hym: de f.
Lauren.

ma Christianis supplicia machinati
sunt, Quibus Patribus & filijs nostre
fidei, Cognoscite vocem tyranni qui
Diuum Laurentium torruit in crati-

cula.

Huc esse vestris Orgijs

Moremque & artem proditum est:

Hanc disciplinam foederis,

Libent vt auro antistites,

Argenteis scyphis ferunt,

Fumare sacrum sanguinem,

Auroque, nocturnis sacris,

Adstare fixos careos,

Tunc cura summa est fratribus,

(Vt sermo testatur loquax)

Offere, fundis venditis,

Sestertiorum milia,

Addita auorum prædia

Fœdis sub auctonibus

Successor exhaeres gemit,

Sandis, egens Parentibus,

Hæc occultantur abditis

Ecclesiarum in angulis:

Et summa pietas creditur

Nudare dulces liberos.

Deprome thesauros, malis

Suadendo quos præstigijs

Exaggeratos obtines,

Nigrante quos claudt spectu,

Hos poscit vsus publicus,

Hoc fiscus, hoc ærarium,

Vt dedita

ACADEMICIS.

Ut dedita stipendijs
 Ducem iuuert pecunia.
 Sic dogma vestrum est, audio,
 Summ quibusq; reddito,
 En Cæsar agnoscit suum
 Numisma, numis indicum.
 Quod Cæsar is scis. Cæsari
 Dat nempè iustum postulo.
 Ni fallor, haud vllam tuus
 Signat Deus pecuniam.
 Nec cum veniret, aureos
 Secum Philippos detulit,
 Præcepta sed verbis dedit
 Inanis à marsupio.
 Implete dictorum fidem,
 Quæ vos per orbem venditis
 Numos libenter reddite,
 Estote verbis diuites
 Quid videtur? In quos furit? cuius
 Ecclesiæ sacra, lychnos, ritus, orna-
 menta conuellit? Cui patellas aureas
 & argenteos calices, & sumptuosa do-
 naria, & opulentam gazam inuidet?
 profecto lutherizat, Quod enim aliud
 velum suo latrocinio nostri Nemro-
 des obtenderent, cum depecularen-
 tur Ecclesias, & Christi patrimonium
 dissiparent? Contra verò magnus
 ille Constantinus, Christomastigon
 terror, quam ecclesiam tranquillauit
 illam, cui Pontifex Syluester præfuit,
 quæ

Gen: 10.

RATIONES REDDITÆ

quem in Soracte latitantem accersit, ut eius opera, nostro baptismo tunc geretur. Quibus auspicijs victor & signo crucis. Quam matre gloriosus Helena, Quibus se Patribus adiunxit Nicenis. Cuiusmodi? ut Syluestro, ut Marco, ut Iulio, ut Athanasio, ut Nicolao. Cuius se Precibus commendavit? Antonij. Quam sellam postulavit in Synodo? ultimam. O quanto regalior hac sede, quam qui reges titulum non debuit ambierunt? Singula narrare longum est. Sed ex his duobus, altero nobis infestissimo, altero nobis amicissimo, licebit singula conijcere, quæ sunt horum similia. Etenim, ut nostrorum illa fuit epistasis turbulenta, sic nostrorum hæc evasit diuina catastrophe.

Turci.

Zonaras.

vide vol. Iouin
Ænuli l. 8
Blonds l. 9. de 2.

Turcica videamus. Machometes & Sergius monach⁹ apostata, in profundo barathro iacent ululantes, & suis & posterorum sceleribus onusti. Hæc portentosa & effærata bellua, Særaceni, Turci, nisi è nostris ordinibus militiæ sacræ, nisi à nostris Principibus & populis accisa fuisset & repressæ, per Lutherum quidem (cui gratias hoc nomine Solymanus Turcus literis egisse dicitur) & per Luiheranos regulos (quibus Turcorum progressio læt

ACADEMICIS.

gressio lærabilis existimatur) hæc, inquam, Erinnyes furiosa & exitiola mortalibus, totam iam depopularetur & vastaret Europam, neq; indigentius altaria & signa crucis, quã ipse Caluinius euerteret. Ergo nostri hostes illi sunt proprii, vt pote nostrorum industria, à Christianorum iugulis repulsi.

Despectemus in Hæreticos, feces, & folles, & aliméta Gehennæ. Primus occurrit Simon magus: Quid ille? Erripiebat homini liberam voluntatē: solam fidem percrepabat. Mox Novatianus: Quis? Antipapa Cornelio Pontifici Romano, hostis Sacramentorum Pœnitentiæ & Chismaticis. Deinde Manes Persa: Hic docebat, baptismum salutem non conferre, Post, Aerius Arrianus: preces damnabat pro mortuis, confundebat episcopis sacerdotes, cognominatus Atheos non minùs quam Lucianus. Sequitur Vigilantius, qui Diuos orari non ferebat: ac Iouinianus, qui virginitatem & nuptias æquiparabat: deniq; colluies vniuersa, Macedonius, Pelagius, Nestorius, Eutiches, Monochelita, Iconomachi, cæteri, quibus Lutherum & Caluinum posteritas aggregabit. Quid istis? Omnes mali cor

Hæretici.
Clemens
lib: 1. recog.
Iren: lib: 1. cap: 2.
Cypr: epi ad Iubiani & lib: 4. epi, 2.
Theodor: de fab. hæret.
Au. hē. 58
Epiph: hē. re: 75. So. cra. lib: 2. cap: 5.
Hier, in Iouit: & vi gil. Aug. hē: 82.

RATIONES REDDITÆ
in eodem ouo geniti, ab Ecclesiæ no-
strix præsulibus desierunt, ab illis e-
uicti & exinaniti sunt.

Terræ.

Deseramus Auernum, reddamur
terris. Quocumq; me oculis & cogita-
tione conuertero, siue Patriarchas in-
tutor & sedes Apostolicas: siue Anti-
sittes cæterarum gentium, siue lauda-
tos Principes, Reges, Cæsares: siue
vllum indicium veritatis, aut lumē
rationis, aut honestatis decus: nostrę
fidei seruiunt & suffragantur omnia.

Sedes A/
postolicę.

Ep: 162

Vide Ter:

tie præf,

Aug: li: 2

de Doctr.

Christ. c. 8.

Disputa si

siue terre

Hier: in ca

ta, scrip:

eccl. & a-

li.

Testis Romana successio in qua se-
per Ecclesia, (vt cum Augustino lo-
quar) *Apostolica cathedra nignit*
principatus. Testes illæ reliquæ se-
des Apostolicæ, in quas hoc nomen
insignitū conuenit, quod ab ipsis A-
postolis horumue auditoribus exre-
dicatæ fuerint.

Testes vbiuis gentium Pastores,
loco disiti, religione nostra concor-
des, Ignatius & Chrysostomus Anti-
ochiæ: Petrus, Alexander, Athana-
sius, Theophilus, Alexandria: Ma-
charius & Cyrillus, Hierosolymis:
Proclus Constantinopoli: Gregori-
us & Bassius in Capadocia: Thaura-
turgus in Ponto: Smyrne Polycar-
pus: Iustinus Athenis: Dionysius Co-

ACADEMICIS.

rinthi: Gregorius Nissa: Methodius
 Tyr.: Ephreminus in Syria: ypria-
 nus, Optatus, Augustinus in Africa:
 Epiphanius in Cypro: Andreas Cre-
 ta: Ambrosius, Paulinus, Gaudenti-
 us, Prosper, Faustus, Vigilus in Ita-
 lia: Irenaeus, Martinus, Hilarius, Fu-
 chernus, Gregorius, Salustianus in Gal-
 lia: Vincentius, Orosius, Hildefontus
 Leader, Isidorus in Hispania: In Brit-
 tannia, Fugatius, Damianus, Iustus,
 Melitus, Beda. Denique, ne ambitiosus
 uidear in nominibus, quaecumque vel
 opera, vel fragmenta supersunt, eo-
 rum quae disjunctissimis terris euan-
 gelium seuerunt, omnia nobis unam
 fidem exhibent, quam hodie Catho-
 lici profitemur. Christe, quid cauae
 tibi afferam, quo minus me de tuis
 extermines, si tot luminibus Ecclesie
 tenebricosos homines, paucos, indo-
 ctos, disiectos, improbos, antetuleris?

Tales item Principes, Reges, Cae-
 sares, horumque Republicae, quorum
 & ipsorum pietas, & ditionum po-
 puli, & pacis bellicae disciplina, se pe-
 nitus in hac nostra doctrina catholi-
 ca fundauerunt. Hic ego quos ab O-
 riente Theodosios, quos ab Occide-
 nte Carolos, quos Edouardus ex An-
 glia, Ludouicos e Gallia, Hermingil-
 gildo, ex

Principes

RATIONES REDDITÆ

Vide 12.
10. Surij.

dos ex Hispania, Henricos e Saxonia
Wenceslaos e Boemia, Leopoldos ex
Austria, Stephanos ex Hungaria, Io-
saphatos ex India, quos orbe toto
dynastas atq; toparchas possim arces-
sere: qui exemplo, qui armis, qui le-
gibus, qui solitudine, qui sumptu,
nostram Ecclesiam nutrierunt: Sic
enim præcinuit Isaias: *Erunt Reges*

Isaiæ 48.

nutricij tui, et Reginae nutrices tue.

Audi Elizabetha, Regina potentissi-
ma: tibi tantus Propheta canit, te tu-
as partes edocet. Narro tibi: Calui-
num & hos Principes vnum cœlum
capere non potest. His ergo te Prin-
cipibus adiunge, dignam maioribus
dignam ingenio, dignam literis, di-
gnā laudibus, dignam fortuna tua,
Solum hoc de te molior ego, & mo-
liar, quidquid de me fiet, cui tanquā
hosti capitis tui, toties iam isti patibu-
lum ominantur. Salue bona crux.
Veniet, Elizabetha, dies, ille ille dies,
qui tibi liquido monstrabit, vtri
te dilexerint, Societas Iesu, an Luth-
eri progenies. Pergo,

Nationes
ad Chris-
tum tra-
ductæ,
1. Cor: 7.

Testes iam omnes ore plagæq; mū-
di, quibus Euangelica turba, post
Christum natum insonuit. Parumne
hoc fuit, Idolis ora claudere, Dei re-
gnum gen-

ACADEMICIS.

gnum gentibus importare: Christū Lutherus, Catholici Christum loquimur. Num diuisus est Christus mihi. Aut nos, aut ille falsum Christū loquimur. Quid ergo? dicam. Christus ille sit, & illorum sit, qui Dagō inuecto ceruices fregerit, Noster Christus opera nostrorum uti voluit, cū Ioues, Mercurios, Dianas, Phebades, & illam noctem seculorum atrā, Erebumq; tristem, è tot populorum cordibus relegaret. Non est otium longinqua perquirere: Finitima tantum atq; domestica speculemur. Hiberni ex Patritio, Scoti ex Palladio, Angli ex Augustino, Romæ sacratis, Romam missis, Romam venerantibus, fidem, aut nullam, aut certè nostram, id est, catholicam, infuxerunt. Res aperta. Curro.

Testes Academiæ, testes legum tabulæ, testes vernaculi mores hominum, testes electiones Cæsarum & inaugurationio, testes regum ritus & inunctio, testes equitum ordines ipsaq; chlamydes, testes fenestræ, testes nummi, testes vrbanae portæ domusq; ciuicæ, testes auorum fructus & vita, testes res omnes & reclusæ, nullam in orbe religionem nisi nostram, imis vnquam radicibus insedisse,

1. Reg. 5.

Cumulus
testium.

I. ij

Quæ mi

RATIONES REDDITÆ

Quæ mihi cum suppeterent, & cer-
rè sic afficerent meditantem, vi his
omnibus nuncium remittere Christi-
anis, & consociari cum perditissimis
quibusq; videretur insolentis insa-
niæ: non diffiteor, animatus sum &
incensus ad conflictum, in quo nisi
Domi de cælo deturbentur, & super-
bus Lucifer cœlum recuperet, cadere
nunquam poterò. Quo mihi sit æqui-
or Charcus, qui metàm immaniter
concepit, si hanc animulam pecca-
tricem quam tãto Christus emit, viæ
rutæ, viæ certæ, viæ regiæ malui cre-
dere, quam Caluini scopulis dume-
cisue suspendere,

CONCLUSIO.

Habetis à me florentes Acade-
mici, hoc munusculum, con-
textum operis in itinere sub-
cisius. Animus fuit & purgare me
vobis de arrogantiâ, & satis ficere de
fiduciâ, & interim dum ab aduersari-
is vna mecum ad scholas inuitemini,
quædam apponere degustanda. Si
æquum, si iustum, si honestum duci-
tis, haberi Lutherum, aut Calvinum,
canonem Scripturæ, Mentem sancti
Spiritus, Normam Ecclesiæ, Conci-
lorum Patrūq; Pedagogum, omni-
um de-

ACADEMICIS.

36

om deniq; testium & seculorum Deum, nihil est quod sperem, vobis lectoribus vel auditoribus: Sin estis is, quos apud animum formavi meum, philosophi, oculati, amatores veri, simplicitatis, modestiæ: hostes temeritatis, nugarum, sophismatum, facile diem in aprico videbitis, qui dieculam angusta rima dispicitis. Dicam libere, quod meus in vos amor, & vestrum periculum, & rei magnitudo postulat. Non hoc nescit Diabolus, vos istam lucem, si quando ceperitis oculos attollere, cospecturos.

Cuius enim stuporis fuerit, antiquitati christianæ Hammeros & Charcos anteponeere? Sed sunt quedam illecebræ Lutheranae, quibus suum ille regnum amplificat, quibus ille tendiculis hamatus multos iam vestri ordinis inescavit. Quænam? Aurû, gloria, deliciae, veneres, contemnite.

Quid enim aliud ista sunt, nisi terrarum illia, canorus aer, popina vermium, bella sterquilinia? Spernite.


Christus diues est, qui vos alet: Rex est, qui ornabit: Lautus est, qui satiet: Speciosus est, qui felicitatum omnium cumulos largietur.


Huic vos ad

RATIONES REDDITÆ
vos adscribite militanti, vt cum eo
trumphos, verè doctissimi, vereq̃
clarissimi reportetis. Valete.
Cosmopoli 1581.

222

Cum licentia superiorum







111